

omnibus et quod pluribus alijs visis locis
et casibus peruenit ad ciuitatem no
mine baruth maritimam de qua prius
mentionem feci per quam peregrinorum
communis est transitus. prope quam san
ctus Georgii martir gloriosus dra
conem interfecit et ipsam ciuitatem et
totam terram ad fidem christi conuertit
de baruth homo ad quascumque par
tes circummarinas voluerit redire potest
per sua committere voluntati.

Conclusio finalis.

Hec sunt itinera terre sancte
bona sed non pulchra in qui
bus omnia loca et oratoria
predicta comode perulstrant in statu
et dispositione prout erat Anno domini
mille. Et scio quod ab aliquo viuenti non
possum reperiri quia de hijs que vidi
et veraciter audiui testimonium perhibeo.
Et hoc ad deuotionem et reue
rentiam reuerendissimi in christo patris
et domini domini Haldewini in padeburn
ecclesia episcopi dignissimi conscripsi
et nomine domini inuocato incepit et con
pleui cui laus per infinita secula se
culorum Amen.

Confinit feliciter libellus de itinere
ad terram sanctam.

